

me S. Thomas) ex iustitia pauperibus debentur, & in alios pios usus impendenda sunt. Hæc est germana, & constant D. Thomæ doctrina, penes omnes illius temporis Theologos, & Canonistas communis. Et hoc est quod validius confirmat interpretationem nostram, laudate antiquiorum omnium Doctorem sententia cononam. In præsens, cum nulla profus sit bonorum divisio, idcirco nihil suffragari contrarie opinioni doctrina S. Thomæ potest.

XXX. Animadversiones in arbitraria commenta P. Caroli Billuart. Is folo calamo interpretari S. Thomæ doctrinam contendit, sed revera eam implicat, perturbat, & inanium verborum involucre obducit. Ut liberius suis indulget cavillationibus, neque ex Quodlibetis, neque ex Summa refert, ut iam indicavi, verba quibus S. Doctor declarat Clericos meros esse DISPENSATORES reddituum Ecclesie. Quo animo id prætermisit, penes ipsum lit. Si ex his que sub ienuis cadunt ratiocinari fas est, aut frab, aut turpis conscientia, in interprete non ferenda, apparet. Quid quod hunc interpretem non pudeat effutire pag. 87. S. Thomam dominium tribuere Clericis in bona superflua, que pauperibus debentur? quando e contrario totius conceptis verbis Doctor sanctus ait, Clericos esse puros portiones dispensatores bonorum Ecclesie, nis tantum exceptis que congrue sustentationi sunt necessaria. Tam peripicua est hæc de causa S. Thomæ doctrina, ut vel ipis exteris Theologis obvia fit, in quos invehitur noster P. Billuart. Plura agglomerat aduersus perdoctum Steyartium sincere exponentem angelicam doctrinam. Inscitum P. Henro celebri Theologo Franciscano, quod asserat S. Thomam manifeste loqui de portione congrua sustentationi necessaria, non de superflua, in his verbis quibus comparat eum bonis patrimonialibus bona Ecclesie. Numquam ego legi P. Henro, quia eius libris careo; sed illius interpretatio germana est, & obvia cuiusque legentium textum S. Thomæ. Et tamen P. Billuart eum dedit, ipse profecto deridendus, atque exhibendus. Tandem pag. 92. excandescit P. Billuart aduersus Pontas, quod verb. Beneficentiam S. Thomam clarissime, & sine ambiguitate sententiam docere nostram. Numquid, clamat P. Billuart, Doctor iste Parisiensis oculator fuit antiquioribus, & oculatissimus S. Thomæ interpretibus, qui diu nobiscum Summam angelicam versantes, nec per unam viderunt quod iste vidit; immo cu-

ius oppositum clarissime, & sine ambiguitate traditum agnoscerent. Audistis Doctorem Belgam furetem in Doctorem Parisiensem? Quæro te, mi Billuart, ut leni paratoque animo dulce colloquium habeamus. Quinam sunt isti antiquiores, & oculatissimi interpretes S. Thomæ? Legisti ne *Petrum de Paludis* celebrem, antiquioremque S. Thomæ interpretem, qui commenta tua improbat? Legisti ne S. Antonium, qui a nostra sententia stare S. Thomam aperte testatur? Legisti ne Maiorem scribentem in IV. diil. 24. quæst. XVII. Nullus fas formalior pro conclusione quam teneo, quam ipse S. Thomas. Legisti ne Cardinalem Caietanum 2. 2. quæst. XIII. art. 8. & quæst. clxxxv. art. 7. Legisti ne sapientissimum *Petrum Sotum*, qui sententiam tuam tanquam errorem gravissimum improbat? Qui sunt ergo hi tui antiquiores interpretes dñmi, atque nocturni? Pæce tua dicam ego. Unus est Probabilista *Sylvius*, quem legisti; cuius commentaria licet in pluribus magnificam, in multis tamen præsertim ubi de christiana morum doctrina sermo recurrit, laxitatis probabilisticae fulgine tincta deprehendi. Et quoniam hunc Auctorem secutus est, ideo opus tuum non raro simili laxitate asperitum est. Si doctissimus Dominicus tum antiquos, tum modernos legisses, dubio procul in oppositam concessisses sententiam, & S. Thomæ germanam affectum suffiles doctrinam. Hæc pauca pro te nata aduersus domestici Scriptoris commenta scripsi, cuius personam colo, & venero, oroque ut in morum doctrina explicanda cautior in posterum sit.

## §. V.

Clarius sententia nostra exponitur. Auctoritate Theologorum, & Canonistarum, rationumque momentis confirmatur distinctis conclusionibus.

## PRIMA CONCLUSIO.

Portio pauperum semper permixta fuit redditibus Beneficiorum.

XXXI. Disputationem hæc iam prædem aboliveram, & nunc dum eiusdem pars prælo lubetæ erod, ad manus pervenit ingens volumen quod de *Synodo Diocesana* editit hoc corrente anno MDCCXVIII. SAPIENTISSIMUS PONTIFEX BENEDICTUS XIV. feliciter ad publicam catholicæ Ecclesie utilitatem regnans, Opus est omnigena eruditione, do-

ctrina.

Erinaque reſertum, gravi elegantique ſtilo, & quod plus eſt, ſumma perſpicuitate, quæ tanti Auctoris dos eſt, & character ſingularis, digellum. Porro in *Lib. VII. cap. 11.* controverſiam hæc verſat, & quidquid ſolidioris momenti in utramque partem diſputatum hæctenus fuit, paucis comprehendit, & ob oculos ponit; illuſtrataque claritate incredibili, & exquiſita eruditione. Nihil ipſe pro ſua maxima prudentia deſinit, ſed Episcopos eum doctiſſimum Magiſter imbuit, etque cauſam præſcribit methodum ſuper hæc controverſia in Synodo ſervandam. Nullum me legiſſe fateor Pontificis illius vere MAXIMI opus quon ſingulariter diſputatione plurima hæc vero impediſſima diſputatione plurima didici que viam mihi ſternant ad ea que ſcripi, & nondum prælo iubici, illuſtranda, atque ornanda. Iſthuc tranſcribo que loco principiſ ille conſtituit pag. 234. num. 3. *Certum patet eſt, ante factam diviſionem bonorum eccleſiaſticorum, debuiſſe Episcopum, ad quem pertinebat eorumdem adminiſtratio, partem ſingulis aſſignatam ſubſtitueri, nec potuiſſe abſque violatione iuſtitia commutari pauperes fraudare ea quarta parte proveniunt que iuxta ævi diſciplinam erat pauperum indigentia ſublevandis deſtinata: quod quidem onus ex ea profluens iuſtitia virtute, in locis in quibus nondum facta eſt prædicta diviſio, etiamnum incumbit Episcopis, Abbatibus, aliſque Beneficiariis, quorum eccleſiaſtica redditus ſunt illi admitti, pauperibus, ac Eccleſie fabricæ iuxta præſentem iuſtitiam attributi. Ex quibus propterea ſi aliquiſi ſibi uſurpent, ſunt iniuſti rei aliene detentores, & tenentur ad reſtitutionem.*

XXXII. Hoc ſapientiffimum Pontificis prædicto fundamentum, illud cum primis concleandum ſuperſt, ſint ne in præſens bona eccleſiaſtica Beneficiorum individua. Si enim conſtaret reditus nunc, quemadmodum olim, non eſſe in quatuor partes tributos, nullum ſervert Theologos inter diſſidium. Omnia quippe, uno altero Probabilista excepto, ſententia violata iuſtitie rei haberentur Beneficiorum, ſi quidquam ſibi ex pauperum Portione uſurpent, ut docet eruditiffimus Pontifex. In hoc ergo difficultas vertitur, utrum ſit eiuſmodi bona individua. Adfirmo ego pluribus, & ni fallor, manifeſtis argumentis. Et primum, iam inde a principio prædictæ diviſionis, adminiſtratio portionis pauperum penes Episcopos & Beneficarios remanſit. Numquam pauperum cœtui aſſignata fuit eccleſiaſticorum redditum portio: numquam pau-

Conc. Theol. Tom. II.

peres fue portionis dominio, & adminiſtratione potui fuerunt. Sed Episcopis, & Beneficariis aut ipſis, aut miniſtrorum opera portionem hæc, que modo maior, modo minor erat, iuxta maiorem, aut minorem redditum abundantiam, diſtribuebant. Hoc plurimum Conciliorum auctoritate confirmare poſſum. Concilium Moguntinum *can. VIII.* id clare docet. *Ut Episcopis poteſtatem habeant res eccleſiaſticas providere, regere, & gubernare, atque diſpenſare ſecundum Canonum auctoritatem volumus.* Idem docet Concilium Turonenſe *III. can. 11. Licetum ſit Episcopis, præſentibus Preſbyteris & Diaconis, de theſuro Eccleſie, familia, & pauperibus eius Eccleſie ſecundum canonicam iuſtitiam, iuxta quod indiquerint, erogare.* Plura alia Concilia referat Natalis Alexander in ſua *Hiſtoria eccleſiaſtica ſecul. IX. & X.* Sed his omniſſis tranſcribam duntaxat ſanctionem que hæc de re habetur in Capitularibus Regum Francorum *Lib. VII. cap. cccxv.* Inſtrumenſi ſunt Preſbyteri, pariterque admonendi, quatenus novorum decimas, & oblationes, quas a fidelibus accipiunt, pauperum, & hoſpitum, & peregrinorum eſſe ſtipendia; & non quaſi ſuis, ſed quaſi commendatis uti debere: de quibus omniſibus ſciant ſe rationem reddituros in conſpectu divini maieſtatis, & niſi eas fideliter pauperibus, & his quibus permiſſum eſt, adminiſtraverint, condemnationem paſſuros. Qualiter vero diſpenſari debeant, Canonis ſacri inſtitutum: ſcilicet ut quatuor partes ex omnibus ſiant, una ad fabricam Eccleſie relevandam, altera pauperibus diſtribueda, tertia a Preſbytero cum ſuis Clericis habenda, quarta Episcopo referenda. Et quidquid extiterit Pontifici inſerui, prudenti conſilio eſt faciendum.

XXXIII. Pluribus in locis pauperes in tabulis, ſive in matricula Eccleſie deſcripti erant: quocirca matricularii nuncupabantur, ut colligitur ex Hincmaro, qui in ſuo Capitulari ſecundo *cap. XVII.* ſtatuit, ut Caratus matricularios habeat iuxta qualitatem loci, non bubulos, aut porcos, ſed debiles, & pauperes, & de eodem dominio. Et in Synodo Remenſi celebrata anno 874. *cap. 11.* de iſtâdem matriculariis ſic dicitur. *Sape vos admodum de matriculariis, quales ſuſcipere debeatis, & qualiter eis partem decima diſpenſare debeatis. ... interdixi vobis De auctoritate ut nemo Preſbyter pro loco matricule quodcumque xenium, vel ſervitium in meſſe, vel in quocumque ſuo ſervitio præſumat acquirere, vel accipere; & matriculariis debitam partem*

D 3

acri-



*decime quam fides pro peccatis suis redimendis Domino offerunt, nemo proficiat vendere.*

XXXIV. Hinc evidenter colligitur, Beneficariis semper hæsilse omni administrandæ, & distribuendæ portionis ecclesiasticæ velut annonæ pauperibus debita. Quod portio debita Clero de vivo detracta fuerit, eidemque consignata, & in eisdem dominium, & administrationem migraverit, planum est & exploratum, oculisque conspicitur. Portio vero pauperibus debita permixta semper fuit bonis Beneficiorum; & eam singulis annis seuquendam, distribuendamque a Beneficiariis sacri Canones præcipiunt. Quod ut competius fiat, falsa recentiorum imaginatio explodenda est. Sibi fingere isti videntur, ecclesiasticos reditus vivum quoddam esse stabile, & permanentes; & tributum in partes quatuor ad præsens usque tempus consistere, nulli obnoxium vicissitudini. Existimant pauperum portionem de vivo detractam, & re separatam in pauperum Republicæ dominium devenisse. Quod commentum quoniam sit inane, nemo non videt. Reditus ecclesiastici sub initium, scilicet Episcoporum commissi in communium possidebantur; & ab Episcopo ministrorum opera, singulis, & congruenter profanos usus, sacros proventus plus iusto convertent. Partitio imperata fuit, Clero sua portio separatim consignata, & pauperum portio bonis Beneficiorum permixta, singulis annis taxata ab ipsis Beneficiariis, conferebatur pauperibus. Sacri reditus iis mutationibus quibus omnes res temporaria, obnoxii fuerunt. Qui primum partiti sunt, fortasse ex toto perierunt. Temporis successu iuxta augmentum, vel decrementum redditum qui a Christi fidelibus in dies conferebantur, crescebat, aut diminuebatur pauperum portio. A tempore primæ divisionis ad hanc usque ætatem nostram innumera sunt instituta beneficia, Episcopatus, capellanæ, & anniversaria. Amplissima prædia, fundi, census, & ingentia bona Ecclesiis donata reperitur. Quin pingues reditus, quos Beneficiorum, seu Episcoporum plurimi possident, plura sæcula post institutum partitionem a christianis Principibus, aliisque divitibus catholicis oblata fuerunt. Quandoquæ de illis dempta fuit portio pauperum? Ubinam sita? In quibus prædiis fundata? Quisnam œconomus, aut dispensator, præter Beneficiarios, institutus?

Ex quibus omnibus patet pauperum portionem Beneficiorum redditibus semper immixtam permanisse. Partitio hæc saltem linguis quinquagenis, ne dicam singulis annis, fieri deberet; cum singulis fere annis crescant, & decrescant Beneficiorum reditus.

XXXV. In nostræ propositionis confirmationem luculentior accedit ratio. Cuiusque sæculi Concilia, Pontifices, Patresque omnes vocem exaltant adversus Episcopos, animarumque curatores in pauperum immiseriordes. Eos redarguerunt, reosque furti, & rapinæ appellarunt, ac tamquam Christi, pauperumque patrimonii dilapidatores improbarunt. Revolve recentia, & antiqua tempora. Consulte omnia Concilia a tempore instituta partitionis usque ad ultimum Tridentinum celebrata: nullibi vel leve vestigium offendes, quod aliquis œconomus, sive dispensator portionis pauperum, distinctus a Beneficiariis, arguatur infidelitatis in exercitio suæ administrationis. Magno igitur argumento esse nobis debet, repleta eiusmodi œconomos nunquam institutos fuisse, nec pauperum portionem separatam existisse. Negans est argumentum: adfirmans promamus. Concilia omnia tum antiqua, tum recentia, potissimum Tridentinum, solis Episcopis, atque Beneficiariis infidelem portionis pauperum administrationem exprobrant: istos solos acculant: his solis pauperum curam, tamquam veris patribus, committunt: his solis vetant ne pauperum subsidiis distent, ne Christi patrimonium, votaque fidelium in vanos usus, aut conlangineorum commodam impendant. Hoc idem docet recentiores Patres, & Doctores, Petrus Damianus, Gratianus, Bernardus, Raymundus, Thomas, Bonaventura, Alesius, Antoninus, Paludanus, ceterique communiter. Quid quod neque adversariorum unus unquam indicare potuit vel quempiam administratorem prælatæ portionis pauperibus debite distinctum a Beneficiariis, vel portionem ipsam separatam extare, vel existisse a bonis Beneficiorum? Quod quidam dixerint, pauperum portionem aut ad hospitalia pervenisse, vel commutatam esse in beneficia que vocantur prædialia, studio nimirum eorum deputata qui futuri sunt Clerici, gratis allegerit. Hospitalia suos habent pios fundatores. Beneficia prædialia, que non abique extant, vel aliis beneficiis collapsis, quibus cura animarum erat annexa, successerunt; vel peculiaribus fidelium legatis consistunt, vel ab Episcopis ipsi quicumque sue redundantis portionis conferentibus fuerunt instituta. Sed quid

quid otium ludium in his explodendis commentis, que seipis corruunt? Quandoquidem, ut iterum repetamus quod alias dictum est, ut et alios pauperum portio, præter Beneficiorum, pervenisset; illi, non isti redarguti, peniculis multata Conciliis fuissent. Verum contra omnino res accidit. Quid plura? Percurramus omnia beneficia, tum episcopalia, tum parochialia, tum capitularia, a sex sæculis. Provoco adversarios ut vel unius beneficii documenta prodant iactatæ divisionis. Quid ad hæc? Frater excludere ne fratrem possit a communi patrimonio portione eidem debita, nisi evinceret documentis, & quidem luculentis divisionem factam fuisse, suamque portionem iamdiu habuisse? Perhibeant Beneficiorum divisionem reddituum Ecclesiarum, quos nunc percipiunt; & continuo illos a debito iustitiæ abolivimus. Nimis ridicularios sese exhibent, si divisionem obruderent peractam quarto, aut quinto, aut posterioribus sæculis, quando hodierna beneficia necdum erant instituta. Ut nulli extabant reditus quos nunc percipiunt, nec ulli nunc consistunt eorum quos percipiunt antiqui Beneficiorum. Evidens ergo, competentumque manet, pauperum ipsorum Beneficiorum redditibus permixtam esse, eundemque solos Beneficiorum administrandæ onere devinctos existere.

## SECUNDA CONCLUSIO.

*Portionis que taxatur pro congrua Beneficiorum sustentatione, dominium est penes eosdem. Prudentia in hac definitienda mensura.*

XXXVI. Quod Beneficarii sint domini suæ portionis, ex eo primum consistere videtur quod in hunc etiam finem instituta partitio fuerit. Ut quid enim adiudicata fuisset singulis propria portio, nisi ut quique pro libito sua uteretur? Non ne pauperes acceptæ illis sibi collatæ veri domini efficiuntur? Quidni igitur & Beneficarii sunt?

XXXVII. Verum potissima ratio cur Beneficarii dominium in suam acquirunt portionem, ex mutuo veluti contractu Pastores inter & subditos initio accedunt. Sacerdotes ad beneficia assumpti regimen animarum fulcipiunt, laboriosum obeunt ministerium, diu noctuque custodiendo gregi invigilant, caelestia, divinaque fidelibus porrigunt alimenta. Hi toti divinis addicti rebus subsidia temporalia comparare sibi nequeunt. Igitur acqui-

tatis, & iustitiæ ratio postulat ut necessaria sustentandæ vite annonæ illis pendatur. Porro operariorum quilibet dominium acquirit illius mercedis, & stipendi quod ipsi ob præstitos labores, & operam solvitur. Iure divini constitutum est ut qui altari intersit, de altari vivat. Quid ergo impedit quominus dominium vite mercedis ob laborem debite assuequantur Beneficarii? Nec est quod in re aperta diutius immoremur.

XXXVIII. Mensura istius portionis gradus excipit, & latitudinem. Limites certi definiti nequeunt, cum mensura illa que uni satis est, minime sufficiat alteri. Dignitas persone, non per comparisonem ad sanguinis nobilitatem, sed per respectum ad gradum quem sustinet, spectanda est. Si filius Regis minus alicuius Parochus fieret; non propterea regius ornatus, nec splendorio eo qui talis loci Parochus congruit, licitus illi esset. Ecclesiastica ergo dignitas, loci amplitudo, & maiestas, redditum copia, & id genus alia in definienda Beneficarii portione per oculos habenda sunt. Et quoniam huius taxationis implemet Beneficarios limites præscribit, fideles dispensatoris, & equi arbitri vices gerere debent. Scrupulis, perplexitatibus, nimia superstitio, severa moralitates, & similia abigenda sunt. Prudentia christianæ, Canonum, Patrumque regulas meditari Beneficarii debent ex una parte in taxanda mensura portionis propriæ sustentationis debite ex Ecclesiæ redditibus. Ex alia vero considerare debent non modo suam ipsorum sustentationem, sed etiam familiam, servos, honesta recreationes, convenientia donaria, consuetæ convivia, & cetera id genus, que omnibus in speciebus, eorum statui congruant. Et tamen si fallor sit in hac designanda mensura Beneficarii sanè deficiunt, eo quod ipsimet excipiantur sedant in causa propria iudices; non iudicant tamen criminis iustam arguendi sunt, nisi manifestus appareat excessus, ut scite Angelicus docet 2. 2. quæst. cxxxv. art. 7. *Et si iudicetur in modico deficiat, vel superabundet, potest hoc fieri absque bonæ fidei detrimento: quia non potest homo in talibus punctualiter accipere illud quod fieri oportet. Si vero sit multus excessus, non potest latere: inde videtur bona fidei repugnare: & ideo non est abique peccato mortal.* Extremum itaque alterum nimii rigoris, in quod difficile impingitur, & nimis laxitatis alterum extremum, in quod pariter offenditur, debent Beneficarii omnes pari studio evitare.



## TERTIA CONCLUSIO.

*Beneficarii non sunt absolute, & omnino domini ecclesiasticorum reddituum. Iustitie lege tenentur erogare superflua in pauperes, aliaque pia opera.*

XXXIX. **U**T vi & ratione propofitam conclusionem evincam, non nulla premitam oportet que dominium Beneficiorum in sacros redditus spectant. Sermo non est in presentia de dominio portio- nis debita Beneficiariis pro eorum congrua sustentatione. Iam enim illis communi Doctore assensione adjudicatum est istius iustitiae mercedis, & stipendii dominium. De superfluum reddituum dominio disputatio instituitur. Triplex hoc de argumento sententia. Prima nulli Beneficiarios pollere dominio in superfluis Ecclesie redditus docet. Secunda illis dominium concedit, sed iustitie onere gravatum erogandi in pios usus superflua. Tertia absolutum dominium beneficarios habere contendit omnium reddituum qui illis ecclesiastico Beneficio obveniunt. Hanc tertiam ut falsam reicimus; primam, & alteram in examen vocamus.

**XL.** Discrimen quod inter primam & secundam sententiam intercedit, nullius ponderis est, cum utraque eodem spectet, ut evincat iustitie lege devotissimos Beneficiarios ad superfluum distributionem. Auctores secundae sententiae plurima congruentia exempla, quibus ostendunt frequenter accedere ut dominium concedatur onere restitutionis gravatum. Sic dotis dominus maritus evadit; sed cum onere eam in quibusdam eventibus restituendi. Dominium fideicommissarii restitutionis debito illigatum est. Rei mutatae dominium in usufructum transit, sed restitutionis onere affectum. Marcus Antonius Marcellus Columa Bononiensis fuit hac de re disputat in suo tractatu de origine, & iure ecclesiasticorum reddituum *part. 111. cap. XXI.* omnia tamen implicat, ut Beneficiarios ab onere restituendi superflua in vanos usus distributa liberet. Ceterum non est cur plura promamus nos exempla; cum nullum sit, aut esse possit diffidium, quod redditus ecclesiastici valeant sub hac conditione, & onere a fidelibus Beneficiariis conferri. In hoc dumtaxat difficultas vertitur, sint ne reapse praesti redditus tali onere gravati, ut quod superest congrua sustentationi, iustitie lege sit in pios usus distribuendum.

**XLI.** Quamquam ex his duabus sententiis

preferenda sit, non facile pronuntiaverit. Quisque, quam maluerit, seligere valet, cum eodem utraque recidat. Aequae enim Beneficarii lege iustitiae astricti sunt ad eroganda superflua; five nullo dominio, five dominio onere restitutionis gravato potantur in ecclesiasticis redditus. Super alterius ergo sententiae delectu, & praetatione iudicium suspendimus, quod nihil in rem nostram conferat. Hac ratione dictum in conclusione est, Beneficiarios non esse absolute, & omnino dominos reddituum Ecclesie. His positis, conclusionis propofitae rationes promendae sunt.

**XLII.** Quod antequam praesto, tria praemitto tamquam extra disputationis aleam constituta. Primum Episcopos, Pastores, & Beneficiarios omnes eidem dotibus, prerogativis, & caracteribus nunc ac olim insignitis esse, iidem onerum, & officiorum vinculis ligatos: olim, & nunc animarum curatores, pauperum, viduarum, & orphanorum patres, oeconomos, & provitores vigilantissimi. Alterum. Pii fideles eodem nunc ac olim Dei spiritu reguntur, dum sua bona Deo offerunt, dum redditibus Ecclesias ditant. Ergo eadem nunc ac olim bonorum ecclesiasticorum natura, & indoles, iidemque gravata oneribus. Duo haec firmi, & immutabilia. Tertium. Partitio eiusmodi bonorum temporis decursu constituta, faciliorem, & sententiam exequendam distributionis ordinem, formamque spectat, ut scilicet fraudes, & iniuste partitiones vitentur, ut fortissimis Beneficiarii urgeantur ad iustam, prudentemque dispensationem peragendam. Huc dumtaxat pertinent instituta partitionis consilium, & finis. Nemo igitur adducere in disputationem iure valet, hanc partitionem a sanctissimis viris institutam, aut bonorum ecclesiasticorum naturam immutasse, aut immutare potuisse. Quis dixerit huc praefatam divisionem spectatae, ne Episcopi, & Beneficiarii in posterum essent patres pauperum, provitores orphanorum, & viduarum? Nemo sane id pronuntiare audebit. His igitur tamquam certissimis principis constitutis, ad id quod instat, accedo.

**XLIII.** Prima ratio ex populi fidelis bona Ecclesie offerentis voluntate repetitur. Nulla usquam in universo orbe gens fuit, nulla natio, nulla secta, quae tantum pecuniarum, reddituumque in Dei cultum, & Sacerdotum, ac pauperum subsidium contulerit, quemadmodum christiana. Non solum in id dedicavit decimas praediales omnium fructuum et terrae satum obveniunt, & mixtas cuiusque generis pecudum, venationis, piscationis, ac lucri ca-

lusque

iusque liciti; verum etiam tantum auri, argentique Ecclesis donarunt Christiani, ut in quibusdam regibus effusam eorum liberalitatem legitimo eo recerant Principes. Quis umquam in animum sibi induxit, tam ingentia bona Christianis Ecclesis donasse, ut Beneficiarios fagnarent, divitesque efficerent? Ut eidem iuryrandi, ludendi, convivandi, luxu, pompique variis indulgendi, consanguineoque di- danti occasione praerent? Iste ne Christianorum finis Isthuc ne spectarant piorum fideium voluntates? Cuiusnam generis fuerunt Christiani illi qui uberrimos illos redditus Ecclesis tam effusa liberalitate impertierunt? Proborum, aut improborum? Pii sane, prohibe omnes benefactores illi fuerunt, qui ut propria redimerent peccata, bona illa, ceu victimas Deo consecratis, Episcopos donarunt. Quis dixerit homines divites affluentes idecirco se, suosque consanguineos, & amicos patrimonium suis spoliasse, ut id totum in Beneficiorum, eorumque consanguineorum pompas, luxum, aut avaritiam stulta liberalitate transfuderent, eorumque consanguineorum pompas, luxum, aut avaritiam stulta liberalitate transfuderent? Si nemo sane mentis id afferere aulit, consequitur necessario non alio animo Christianos beneficia instituisse, capellania fundasse, dotisque adeo divites Ecclesis contulisse, quam ut cultui divino, pauperumque necessitatibus contulerent.

**XLIV.** Secunda ratio. Rationem primam ex ipsa donationis natura petitam confirmant evidentiorumque efficiunt tum ipsi fideles, tum Concilia, & Canones omnes. Fideles in suis testamentis, & donationibus scripto exaratis conceptis verbis testantur, se in cultum Dei, in remissionem peccatorum, pauperumque subsidium suis bonis Ecclesias dotare. Sacrorum Canonum conditores, Pontifices nempe, & Episcopi, qui *donataris* inuicem pari valent, sub hoc onere, & conditione se praefata bona acceptisse testantur, ubique clamantes, redditus istos Christi esse patrimonium, vota fidelium, pauperum, viduarumque subsidium. Quid plus requiritur ad constituendum severo iustitiae contractum? Clarus hic patet utriusque partis tum dantis, tum recipientis mutuum consensus. Inest ergo Beneficiariis iustitiae onus erogandi superflua.

**XLV.** Tertia ratio. Dux quis adduxi, rationes innumeris Canonum, & Pontificum, Patrumque auctoritatibus confirmari possunt. Sed, antiquis omnibus nullis (ne ad discrimina antiquorum, & recentium temporum periculum pateat) unum & alterum testimonium temporum nostrorum afferam. Alexander III. *Lib. III. Dec. tit. xxiv. anno*

1179. Parisiensi Episcopo scribit cap. 11. *Fraternitatem tuam credimus non latere, quod cum Episcopus, & quilibet Praelatus ecclesiasticorum rerum sit procurator, & non dominus &c.* Idem Pontifex in Concilio Lateranensi. 1179. celebrato peripetue docet, Ecclesiariam bona, pauperum ulibus esse tributa, ut legere licet cap. Non minus *Lib. III. tit. xlix. ubi* haec habentur: *De bonis Ecclesiarum, & Christianorum, & pauperum Christi usus depositis, voluntate caritatis compleri.* Sed pro omnibus unum allegare iustitiae Tridentinum Concilium Iess. xv. de Reform. cap. 1. *Omnino vero Episcopi interdicit* (sancta Synodus) *ne ex redditibus Ecclesiae, consanguineos, familiarumque suos angere iudicent; cum & APOSTOLORUM CANONES prohibeant ne res ecclesiasticas, quae DEI SUNT &c.* Auditi Canonum apostolice vetant ne bona ecclesiastica consanguineis donentur. Cur? Quia *DEI SUNT*, inquit sacra Synodus. Quid ad haec Neoterici? Per exaggerationem, inquit, Concilia, & Pontifices loquuntur. Ita ne vero? Qui ergo erunt sinceri, & germani sacrorum Canonum, & piarum fidelium voluntatum interpretes? Numquid injuniores, novique Caluitate ecclesiastica disciplina ignari?

**XLVI.** Quarta ratio. In morum controversis rationes, non separatum, ut fit cum de metaphysicis rebus sermo recurrit, sed coniunctum accipiendi sunt. Porro si una conferatur & reddituum ecclesiasticorum natura, quae sacra omnino est (ut Angelicus, & omnes adfirmant) & fidelium voluntates, & sacrorum Conciliorum, seu universae Ecclesiae functiones; demonstratio adeo peripetua elicitur ad evincendum Beneficiarios non esse absolutos, verosque dominos reddituum ecclesiasticorum, ut nemo lenienter desiderare valeat.

**XLVII.** Quinta ratio. Haec sunt rationes adduximus quae naturam reddituum sacrorum consequuntur, & quae ex pia fidelium voluntate, sacrisque Canonibus sponte profluunt. Nunc ex iis que ultra adversarii concedunt, validiora argumenta dabimus. Patentur igitur & ipsi, ante bonorum praefatum divisionem, eam facti redditus in communi arario custodirentur, non fuisse Episcopos eorumdem bonorum dominos, sed procuratores, dispensatoresque. Tum solus Christus erat illo- rum bonorum dominus. Sed, si dominium penes Episcopos, seu Ecclesiam fidebat, onere distribuendi praefata bona gravatum erat in Ecclesias relatiendas, in Clericos sustentandos, in pauperes iuvandos. Quo tamquam

cer-







Martinus Navarrus tract. de redditibus Ecclesie. Ipsum consule, ubi plurimos laudari Canonistas, immo omnes fere antiquos, reperies. Et in Apologia de redditibus Ecclesie, hæc scribit quæli. I. monit. xxiv. Et ita opinio communis videtur iam esse facta de fide, necessaria credenda.

LIV. Petrus Soto, Theologus sapientissimus, Dominico Soto suppar, hæc scribit de vita Sacerdotum lect. 111. Nos vero sequimur B. Thomam, qui q. cxxxv. art. 6. & 7. hæc tenet rationabilis, & distinctus explicat, idque ex propriis principis, quæ certe ex hisque dicta sunt hoc loco, sunt nobis laudanda. Præmo omnium consistit ex decem totius Ecclesie ab Apostolis, & ipso iure divino bona omnium Ecclesiarum, cum Christi sint, merito ea pauperum esse; neque ulla ratione, aut potestate humana fieri posse ut licite in alios usus quam ecclesiasticos, & pauperum, expendi possint; Hæc confirmant omnia quæ superior diximus; & contrarium credimus errorem esse gravissimum saltem contra bonos mores, & iustitiam: & quidam etiam contra Scripturam? Immo errorem gravissimum Petrus Soto contrariam appellavit sententiam. Plurimos alios allegare possem, sed satis sit animadvertere, vel ipsos contrarie opinionis patronos, ut Lessius Lib. II. de iur. cap. 1v. num. 42. Azorius Lib. VII. par. 11. cap. viii. alique, conformiores sacris Canonibus, & SS. PP. nostram fateri sententiam.

## §. VI.

Contraria sententia argumenta diluuntur.

LIV. Magister Dominicus Soto, non reclusi ingenii Theologus, primus fere omnium, data opera, inveniit opinionem oppositam. Arctius quam laicos astringi Beneficiarios ad eroganda superflua docet, non tamen iustitie lege, sed caritatis precepto. Soti opinionem amplexati sunt recentiores plures. Lessius Lib. II. cap. 1v. dub. 6. num. 47. eam laxavit, ad solum preceptum ecclesiasticum revocando. Catropalpus tract. vi. disp. 11. punct. 6. Cominchus disp. xxvii. dub. 11. Gordonius Lib. III. quæst. 11. num. 11. Lugo disp. 12. sect. 1. num. 2. Sanchez Tom. I. Consil. Lib. II. cap. 11. dub. 37. num. 2. Theophylus Raynaudus Tom. XII. de malis & bonis Ecclesie. Lib. II. sect. 111. cap. 1. num. 6. & citat pro hac eadem opinione Gabrielem, Covarruviam, Columnam, Agidium, Valquez. Sarmiento oppugnatu a Navarro par. 1v. cap. 1. Sch-

malgrueber Par. III. titul. xxv. num. 32. Barbosa de iure Ecclesie. par. 11. Lib. III. cap. xvii. num. 10. Azorius Par. II. Lib. VII. cap. viii. Diana Tom. IV. coord. tract. vii. resolut. 26. Leander tract. v. disp. 111. §. 2. quæst. lxxv. Salmanticenses tract. xii. cap. 11. punct. 11. n. 3. Fagnanus I. Par. III. Lib. Dec. in cap. Si quis de presb. Cler. Eleobar. tract. v. exam. v. cap. 1v. num. 45. Baunius Tom. III. Lib. II. tract. ix. q. 9. & alii.

LVI. Communiter laudati Auctores, et tunc quædam opinionis recentiores docent, iure naturali & divino Beneficiarios omnes ecclesiasticorum in pios usus. Baunius loc. cit. xix. num. 10. aut altero recentiore laqueum alexandri opinionem. Contendit præceptum clargendi redditus ecclesiasticos superfluos in pios usus esse duntaxat ecclesiasticum, quod contraria valet consuetudine approbati. Quare defendit, Beneficiarios tum in Gallia, tum in Hispania, non valde modo, sed etiam licite, tellari de rebus superfluis in usus non pios. Quam opinionem ut valde laxam, & adversam communi Doctorum placito, respuit vel ipsa Diana loc. cit. ref. 20. his verbis: Ego huic sententia non assentior; cum sit contra communem, & omnino respuendam esse puto. Perraro sic loquitur Diana. In favorem istius opinionis citat etiam Dominicus Soto, & Lessius solent. Sed Sotus duntaxat asserit, bona ecclesiastica, in seculari transmigrata titulum, non esse ex iustitia obnoxia elemosinis debitis pauperibus pro sua portione, eo quod ius quod pauperes ad decimas habent, sit positivum. Nulli vero asserit (quantum ego quidem colligere ex illius lectione potui) Beneficiarios iure tantum ecclesiastico ad eroganda superflua alrungi; nec de tanto Theologo id vel suspicari mihi licet. Si enim vel ipsi laici iure naturali, & divino ad superflua distribuenda, tenentur; liberi ne ab hoc onere erunt ecclesiastici Beneficiarii? Sed de Auctorum placitis satis. Nunc eorumdem argumenta litem resellenda.

LVI. Primum argumentum petitur ab auctoritate sacrorum Canonum. Nam in cap. Constitut. de Clericis non resident. & in Concil. Trid. xlii. cap. 111. & sess. xxiii. cap. 1. de Refor. aperte declaratur, Beneficiarios absentes a servitio suarum Ecclesiarum, fructum Beneficiorum dominum non acquirere, nec facere fructus suos. Ergo, cum resident, Ecclesiarumque officis adsunt, faciunt fructus suos,

suos, dominiumque acquirunt. Idemque in Concil. Later. sess. 15. & in Consil. 5. Pii V. quæ incipit Ex primo.

LVII. Resp. Hoc est potissimum argumentum adversariorum. Quod quam sit exile, & infirmum, quisque intelliget, si alios aperitissimos canones, Sanctorumque documenta in memoriam revocaverit. Beneficiarius debentur fructus beneficiorum: dignus quippe est mercenarius mercede sua. Cum intersit divinis officis, suos facient fructus suos, inquam; quantum ad usum, victum, & vestitum; suos etiam, si vis, quantum ad dominium, sed onere gravatum erogandi superflua. Portiones congruæ sustentationi debite dominium habent Beneficarii: tale dominium illis admittit Concilium, cum absunt ab Ecclesiis. Quippe si mercenarius non laborat, mercedem non facit suam; quin iure eadem privatur. Sint Beneficarii omnium fructuum, etiam superfluatorum, domini: nihil repugno; dummodo id ad mentem Canonum intelligatur, nimirum de dominio relicto, onerique subiecto eadem superflua distribuendi in pia opera. Christus, aut etiam Ecclesia universalis dominum habet redditum ecclesiasticorum. Nihil video repugnare quod Beneficarii cum ius habent extendi, compellendique fideles ad solvendas decimas Deo iam consecratas, sint quoque a Christo, sive ab Ecclesia dominio eorumdem donati; sed dominio, ut dixi, gravato onere dispensandi superflua. Quæ omnia magis perspicua fient, si ad alios canones oppositi canones comparantur. Siquidem & ipsum Concilium Tridentinum, & priora Concilia ubique clamant, Beneficiarios dispensatores esse, & administratores sacrorum reddituum; ipsos vero redditus esse patrimonium Christi, vota fidelium, pretia peccatorum. Porro efficiendum est ut iura iuribus concordent. Concordant autem, sique constant, si iuxta ea quæ dicta sunt, explicentur. Dissonant vero, si bene repugnant locumdem contrarie sententia commutationem. Interpretatio a nobis data, tum antiquorum, tum recentium Theologorum auctoritate nititur. Innocentius IV. in suo comitis vs. Inocentius III. in cap. Cum super, hoc clare exprimit: Non Prælatos, sed Christum dominum, & possessionem Ecclesie habet. Unde quæcumque homines offerunt, dicuntur esse oblata Deo. Can. Nulli liceat, xii. quæli. 21. Et, si aliquando invenitur hæc bona, Deo oblata, esse Episcoporum, vel Prælatorum, vel Capitularum, dic esse eorum quoad gubernationem nem. Innumeras asserit auctoritates possem

in nostræ interpretationis confirmationem. Sed rem certam dubiam efficerem, & longius disputationem producerem.

LVIII. Obicies 2. Non est imponendum onus iustitie, nisi aut evidenti textu, aut manifestata ratione id probetur. Nullus autem textus, nulla evidens ratio vincit, Beneficiarios iustitie lege devinctos esse ad distribuenda superflua. Liberi ergo ab hoc onere dicendi sunt.

LIX. Resp. Textus evidentes sacrorum Canonum, & Conciliorum supra adducti sunt: nec eos repetere debemus, nec actum agamus. Rationes etiam perspicuas dedimus, peritas cum ab intentione fidelis populi, tum a conditione, & qualitate ministrorum, tum a natura reddituum, qui, cum Deo lemni oblati fuerint, nequeunt amplius in profana opera prodigi.

LX. Obicies 3. Si pars reddituum ad pauperes pertinet, hi surripere clam possent partem suam, si Beneficarii illam erogare noluissent. Concedenda quoque esset pauperibus actio in iudicio ad reperendam hanc partem. Denique ipsi Christiani solventes decimas possent partem debitam pauperibus retinere, ut eos ab iniustitia Beneficiorum subtraherent.

LXI. Resp. Nullus pauperum ius habet ad superflua Beneficiorum bona; quemadmodum nec Beneficarii lege iustitie alrungiuntur ut hæc, vel illi pauperi superflua distribuunt. Sola pauperum communitas ius habet ad Beneficiorum superflua. Et hæc posset apud summum Pontificem item tentare Beneficarius, qui pauperum portionem retineret; atque ita Beneficarios cogere ad distribuenda superflua. Nullo autem pacto licitum foret laicis integras, ad quas tenentur, decimas non perolvere.

LXII. Obicies 4. Quamquam ex intentione fideles donant Ecclesie amplios redditus, ut superflua bona pauperibus dispensent, non propterea iustitie onus illis iniungunt, sed tantum caritatis, & misericordie. Festum ergo est Beneficarios oneri restitutionis esse subiectos, si superflua retineant.

LXIII. Resp. Communiter adversarii fatentur hoc pacto, saltem teo, Christianos decimas, oblatione amplas Deo, & Ecclesie ministris offerre, ut superflua erogent in pauperes: quod pactum quandoque in ipsis testamentis conceptis verbis exprimitur. Ex pluribus unum allegare sufficiat documentum ex Capitalibus Caroli Magni Lib. III. cap. viii. Offero Deo, atque delicto omnibus res quas







re, non indè sequitur, illos posse parentum suorum statum extollere. Eis dare licite videntur, ne indigent, quemadmodum alii pauperibus, secus, ut dicitur. Eiusmodi patrimonium, quicumque ratione facta fuerint, semper sunt natura sua Ecclesie bona; atque adeo totum in pios usus expendendum. Pium, sanctumque est occurrere parentibus indigentibus, qui ceteris in pari causa praefert debent; sacrificium autem velle esse facris victimis Deo immolatis saginare. Beneficarii qui parce vivunt, ut pauperibus parentibus incurantur, sancte agunt. Qui parce vivunt, ut parentes, & consanguineos dicit, fluiti, & scelesti sunt. Quare tamquam sacrilegi raptores habendi sunt qui effugare solent se consanguineis ex illis bonis donare quae de mensa, de familiarum apparatu sibi subtraxere.

LXXIV. Quæst. II. An Beneficarii valeant bona quae ex *Mistarium*, *exequiis precum*, *concionibus elemosinis colliguntur*, parentibus, & consanguineis, amicisve donare? Resp. Proposita quaestione decisio est: is pendet quae in tractatu de simonia dictum sumus. Recensita officia sacra sunt. Opus laboriosum, quod a re facta lecerunt recentiores, ut etiam pendit licite post pretium, lucrumque temporale, commentum videtur; quo positum, nulla in mundo simonia foret. Individuus labor est corporalis ad administrationem rei factae. Si hac nequit, neque ille vendi potest.

Omnia quae pro eiusmodi officia a laicis dantur, titulo solius sustentationis Beneficarii, & Clerici recipere possunt: nullo vero modo titulo pacti pretii: aliquando licitum est contractus super huiusmodi functionibus inire: quod nemo dixerit, velle laicos titulo liberalitatis, & donationis alicui Clerico aliqua conferre, & quod aliquando, sed per raro contingit. Ut autem proposita quaestione occurratur, observandum, iuniores, quos inter novissimus Auctor P. Billaut, recensitas oblationes, & redditus inter bona quasi patrimonialia recitare. Immo P. Sporerius nihil minus Probabilitate vel ipsas distributiones quas vocat inter presentes, distribuit quasi patrimonialibus accenset. Ex quo inferunt, posse Beneficarios eiusmodi bona quasi patrimonialia donare parentibus, consanguineis, & in quaestione profanos usus distrahere, non secus ac bona patrimonialia. Quoniam, inquit, oblationes ob sacrificia, conciones, exequiales praesent, conferuntur a fidelibus propter penam peccatalem, tamquam iustum stipendium labori debitum. Nec est quod illis

reponas, quaecumque bona quae sunt, etiam secundum ipsos, *ecclesiastica*, a fidelibus nempe Beneficariis propter onera personalia, nempe propter officium, sacramentorum administrationem, & cetera munia pastoralia. Respondent enim bona quasi patrimonialia conferri praesertim ob eorundem laborem personalem. Hic pedem firmat, Clament Patres, veterum Concilia, ne Christi patrimonium dicitur laici. Unius distinctum beneficium sacris oblationes et sanctuario in laicorum domos remeant, sub auspiciis quorundam iuniorum Casuistarum. His obiter indicatis dico, & recensita omnia bona sacra esse. Pastores sui proprii officii stricti sunt concionari, canere, celebrare sacrum, administrare sacramenta. Ob haec munia peragenda, instituta beneficia sunt. Vanum ergo commentum est quod ob haec munera queant stipendia ad libitum donanda consanguineis percipere. Non plus dimitti in hos quam in alios redditus vi beneficium perceptos habent Clerici. Omnia ergo quae a fidelibus vi sacri ministerii accipiunt, praeter ea quae congruae sustentationi conveniunt, erogare in usus pios alitringuntur.

LXXV. Quæst. III. Si Beneficarius ex bonis patrimonialibus elemosinas faciat, poterit ne ex redditibus Ecclesie compend sine uti? Resp. Adfirmat absolute Leander *tract. y. dist. 1. quest. 1.* & citat Molinam, Navarrum, Lessium, & Paluum. Id autem absolute verum non est. Quia saepe tenetur Beneficarius, non secus ac laici, ex bonis patrimonialibus elemosinas erogare. Quare in his casibus praeva est intentio tantumdem accipiendi est bonis Ecclesie. Tunc solum licita compensatio est, quando suis bonis patrimonialibus onus superet elemosinarum quas ut Beneficarius, non ut laicus, erogare debet.

LXXVI. Quæst. IV. Beneficarius habens filios spurios, valet ne illas fructibus beneficii donare? Resp. Adfirmat Palau *disp. 11. punct. 5. num. 9.* etiam si Beneficarius bona habeat patrimonialia, quibus alimenta, & dotem filiabus parare possit. Sed hac opinio nimium laxa est. Quippe tunc filiae patrem divitem haberent, quapropter in pauperum numero collocari nequirent. Quando omnibus bonis propriis destitutus Beneficarius esset, possit filias spurias congrua donare dote; sed ut spurias, quae, utpote inferioris conditionis quam legitima, minorem exigant dotem.

LXXVII. Quæst. V. Potest vi Beneficarius ex redditibus beneficii nepotes in studio alere, etiam si bonis patrimonialibus adveniat, & laicis delectatus ornare? Resp. Adfirmat

Leander *loc. cit. quest. lxxix.* cum Sanchez, Lugo, & aliis. Haec opinio absolute speiata improbabilis, & falsa mihi est; tamen ut certam dividat Leander laxioris Ethices fautor. Si Beneficarius haberet plures nepotes, possit iuxta hanc opinionem ingentes Ecclesie redditus in nepotum litteris vacantium alimenta impendere, bonis propriis, necnon quodam sit absurdum, nemo non videt. Dico igitur, debere Beneficarium bonis patrimonialibus quibus abundat, nepotes in scholis alere. Si pauperis bonis careat, plura spectanda sunt: pauperum aliorum numerus, redditus beneficii, qualitas nepotum. Si aliorum pauperum numerus parvus sit, quibus facile subvenire valeat; si redditus fiat abundantes; si nepos tante fit capacitatis, ut Ecclesie utilis sit futurus: tunc poterit ipsum, cum pauperum, in universitate sustentare, & fortassis etiam ad laurum evehere. At cavendum ne ob meram saeculi pompam, sinemque vanum illustrandi familiaris id fiat. Cavendum ne amor carnalis erga nepotes extinguat caritatis amorem erga filios pauperes, quorum sunt superflui redditus.

LXXVIII. Quæst. VI. Quid, si nepotes aut fratres parentes divites habeant? Poterint etiam tunc Beneficarius eos alere? Resp. Ait absolute Layman *Lib. IV. tract. 11. cap. 111. num. 5.* Limitat Lugo, & post ipsum Leander, si parentes nolint filios suos in universitate alere, quamquam patrimonium abundant. Hec istem opinio mihi improbabilis est. Hac quippe admitta, nunquam parentes vellent in scholis alere filios; sed curam hanc Beneficarius propinquis relinquere. Quae, quæso, necessitas ut nepotes universitates frequentent, ut Doctores, & magistri evadant? Ubi hic vel leve ratio quae licitam efficiat talem nepotum, aut fratrum in universitatibus sustentationem? Parentes divites sunt, ut concedunt, & pro certo ponunt adversarij. Non ergo pauperes sunt filii. At posito, iniquum, quod patet nolit in studio filios alere, iam illi indigent, & pauperes dicuntur. Nec enim pater abringitur ad scholas filios mittere. Optime quidem. Pater non alitringitur: ergo abringitur Beneficarius? Litterarum studium ornatus est minime necessarius. Cur ergo pauperum patrimonium in hunc nepotum o naturum prodigi debet? Quanam necessitas est ut nepotes Doctores fiant? Casuistica opinio quam recensui, laxa nimium est; idcirco prorsus recitanda.

LXXIX. Quæst. VII. Beneficarius humilij socio natus, & ad ecclesiasticam splendidam

Cond. Theol. Tom. II.

dignitatem evolus, potest ne ad alioiorem statum reditus Ecclesie consanguineos extollere? Resp. Adfirmat Leander *loc. cit. quest. lxxix.* & citat pro sua opinione Molinam. Quoniam, inquit, ad honorem Clerici id pertinet, cui vitio dabitur, si fratres, aut consobrinos suos in paupertate degenere permittat. Si vera sunt quae Theologi illi excoogitantur, actum de patrimonio pauperum est. Si nepotes, fratres & consobrinos in scholis alere, & laicis in universitatibus ornare, si eisdem ad honorem statum atrolere, si sacrificiorum, & manualium distributionum oblationes ad libitum expendere licite possunt Beneficarij; quid pauperibus remanebit? Concilia, & Patres gravioresque Theologi Beneficariis permittunt ut pauperati consanguineorum subve-niant; minime vero ut ditiores illos efficiant. Consanguineorum humilij conditio; & paupertas pudori, & dedecori sunt hominibus vanis, superbijs; lecus viris Duo consecratis, quique mundo, & pompis eius duplici professione velle alienant.

LXXX. Quæst. VIII. Episcopus & Beneficarius distinctus satisfacit ne elemosina precepto, si quartam, aut dimidiam partem reddituum Ecclesie in opera pia erogat? Resp. Pro sententia adfirmante laudat Leander Petrum Hurtado, & Diamam, qui *Tom. II. coord. tract. vii. resol. xxxix.* hoc scribit. » Serpis hanc quaestionem pertracto, quia » necessaria nimis est, cum id frequenter in » praxi accidat. Communiter affirmative re- » spondent Doctores; & ita vellem ad om- » nibus Episcopis, & Beneficariis obser- » vari; & ita consulendum est. Sed quia ali- » qui aures non accommodant huic nostrae » cantilene; ideo ne peccata multiplicentur, » Doctores aliqui, ut aliquantulum allevia- » vent hoc preceptum, dixere, in communi- » bus necessitatibus Episcopos satisfacere huic » precepto, si quartam partem reddituum in » usus pios expendant, vel si medietatem su- » perflui. » Subdit Diana probabilem hanc opinionem reputari a Trullencho, se citato, & a Machado, se citato. Audisti? Relaxanda precepta sunt, ne peccata multiplicentur, & quia aliqui nolunt aures accommodare cantilene veritatis. Hæc sunt rationum momenta, cur similes Doctores vocantur *Agnes Dei* qui docent peccata mundi. Communissima sententia doctæ, Episcoporum, & Beneficarium quemque non satisfacere elemosinae precepto, si quartam, vel dimidiam reddituum partem erogat pauperibus: quoniam omnia congrua sua sustentationi superflua in

E  
pios



pior usus distribuere teneat. Enimvero sic præcipiunt Canones, & Concilium Tridentinum. Adeo vera hæc sententia est, ut vel ipse Diana consulendam doceat; quamquam, ut dixi, contrarium probabilem reputet, cui subscribit Vericellus track. v. qu. vi. num. 8.

LXXXI. Quest. IX. Eadem ne obligatio tenent Pensionarii, ac Beneficarii in reditu Ecclesie distributione? Resp. Negat Vasquez cap. iv. dub. ult. num. 22. de elem. Bulembau Lib. II. cap. 11. dub. 3. Adfirmat secunda sententia, quam defendit Navarrus in Apolog. quest. 1. motu. 80. Sarmiento Lib. I. p. 111. cap. v. Tertia distinguit pensiones que titulo seculari, ab aliis que titulo spirituali conferuntur. Has tres sententias refert Leander disp. 111. qu. xxvii. super quibus promittit iudicium: Ego respondeo dicendum omnes tres sententias esse probabiles; sed inter illas, ut benevolentiam, libere poterit Pensionarius primam sequi. Quid amplius quibusdã probabilis; sed laxior præferenda, quia benignior. Novus hic Pyromachus antiquo laxior videtur. Ad questionem respondeo, Pensionarium æque ac Beneficiarium ad eroganda superflua aliquid. Onus istud reale veluti est, quod bona facra continent. His bonis permitta est pauperum portio, que, quocumque bona transeat, semper sequitur. Numquam præfara bona, sive a Beneficario, sive Pensionario possideantur, ab hoc onere liberantur. Hæc porro ratio non minus primam quam tertiam opinionem rejicit. Sive enim titulo seculari, sive spirituali bona Ecclesie conferantur, semper iisdem oneribus subiecta sunt; nec tituli varietas auferat gravamina præfatis bonis imposita. Quapropter etiam Commendatarii tenentur superflua in pia opera erogare. Quod multo magis verum habet, si beneficium datur in commendam: quia tunc fecit Commendatarius succedit Beneficarius in eius commodis, ita quoque in eius oneribus. Et hæc ultime opinioni subscribit vel ipse Leander cum ceteris communiter.

LXXXII. Quest. X. Obiit ne consuetudo, ut cuius Beneficarii vulgare ex redditibus sacris ad causas profanas testari? Resp. Questionem huius dispiciende questionis dat R. P. Franciscus Zech Universitatis Ingolladiensis sacre Theologie Doctor primarius, qui in suo opusculo inscripto Rigor moderatus &c. sui finem hæc his diebus evulgavit opinionem: Ut Clerici ex redditibus beneficiorum licite, & valide testentur ad causas profanas, estere possit consuetudo RATIONABILIS.

Opinio ista originem ducit ex doctrina P. Lessii, qui Lib. II. de iust. cap. iv. num. 47. docet: Præcipua ratio cur tam stricte extra necessitatem gravem corporalem, vel spiritualement proximi tenentur superflua illa in pauperes, vel pia opera impendere, est Ecclesie præceptum; quo tenent, est nonnulla sit inordinatio, tamen non videtur inordinata. Hæc nonnulla inordinatio iam vi consuetudinis asserit a P. Zech evasit ordinata. Idcirco fabulatum est Ecclesie præceptum. Ergo ordinata, seu licite, & valide in profanos usus impendere sacros redditus Beneficarii possunt nunc æque ac laici, si istorum iuniorum doctrina consistat. Clamabunt ne nos Probabiliam exaggerare laxas opiniones? Communis, & universalis catholice Ecclesie Theologorum, etiam illorum qui negant iustitiam debitam, sententia docet, Beneficarios debere in pios usus redundantes sibi redditus impendere ex triplici titulo. 1. Ex virtute religionis. 2. Ex præcepto caritatis. 3. Ex lege Ecclesie. Obstinere ne consuetudo aliqua potest que religionis virtuti, que præcepto caritatis deroget? Ut P. Zech suam proponit thesiam, negabit debitum tunc religionis, tunc caritatis. Doctrina quippe P. Lessii, Hainoldi, & Baumii fultus, solo præcepto ecclesiastico devinctos propugnabit Clericos ad eroganda superflua. Præceptum autem ecclesiasticum, inquit, contraria abrogari consuetudine potest. Ergo rationalis est consuetudo qua Clerici ex sacris redditibus ad profanas causas testantur. Admitti antecedenti, consuetudinem legitimam videtur. Sed consuetudinem extremam, nisi fallor, prodit laxitatem, & communi Theologorum doctrinæ, & piorum fidelium sensui adversatur. Ergo idem de antecedenti doctrina, quam consequitur, dicendum est. Ne pluribus resellendam consuetudinem asseram a P. Zech existimo, cum evidens abusus sit, & manifestissima corruptela.

LXXXIII. Subdit P. Zech: Quod autem consuetudo ita testandi, per totam aliquam diocesim illimitata vigens, sit rationabilis, difficile probatur est. Pape! Difficile sane probato, immo difficillimum est, quod consuetudo, etiam sua natura honestissima, & sanctissima, illimitate vigens, sit respectu omnium rationalis, seu quod alicui saltem eadem non abutatur. Quare additamentum istud, dignum videtur patella operculum: & ideo maiori non eget constatatione. Plura alia ad propriam sedem de beneficiis remittuntur.

## CONSECTARIUM.

LXXXIV. FUse disputatum hætenus.

Panca æquiblanimo, menzeque serena nunc colligenda. Ob oculos revoca causæ terminos. Angusta origo. Ad sterculum ista. XVI. Patres, Concilia Theologi uno ore testati sunt, non dominos sed dispensatores esse Clericos; & procuratores sacrorum reddituum, Disputari coeptum. Ex disputatione dominium incepti sunt Beneficarii in redundantiis proventus, unius, & alterius Theologi patrocinio. Si hic, unde ora duxit controversia, pedem fissilet nihil, aut parum peperisset incommodi. Quid enim, ut alias dixi, refert quod pauperum patrimoniis dilapidatores in orcum detrudant, ob violatam sine iustitia, sine caritate? Sed ultra processit humanum ingenium, suisque speculationibus, & distinctionibus in varias digestis classes Beneficiorum fructus: alios mere ecclesiasticos, alios quasi patrimoniales pro libito nuncupavit. In hac secunda classe magnam comprehendit portionem distribendam in profanos usus, non secus ac bona patrimonialia. Neque hic sibi consistia possit. Ipsum divinum caritatis mandatum, quo sub certaminis initium devinctos asserbat Clericos ad superflua pauperibus tribuenda, in discrimen adduxit. Nec desuere Theologi qui etiam illud de medio sustulerint, solventerque Clericos ab eiusdem vinculo. Quid? Plus ergo domini in Christi pauperumque patrimonium, quam laici in bona sua, Clerici habent? Nullo ergo præcepto Beneficarii ad eroganda superflua urgentur? Abit. Præceptum ecclesiasticum viget. At præceptum istud mutationi, vicissitudini obnoxium est, & opposita auferri consuetudine valet. Dubio procul, concludit R. P. Franciscus Zech. En demum omni distribuendi in pios usus sacri patrimonii vinculo solutos hodie Clericos. En quo possentum recidit in causa hæc, sicut & in ceteris, immoderata humane libertatis disputandi libido. Exuerunt tandem aliquando Ecclesiarum Rectores illa gravissima onera quibus gravati erant, ut essent pastores patientes non animorum modo, verum etiam corpora gregis; ut essent pauperum patres; viduarum, & orphanorum provisorum liberalissimi. Evanuerunt hæc omnia, quantum per Baumios, per Lessios, per Zechios, alioque iuniores licet, vi op-

posse consuetudinibus, & quidem rationabilibus. Opus erat ut in Ecclesia primordialis sacri Pastores, inquit P. Billuaz pag. tot. cum suo Sylvio, pauperes essent, diliribuerentque in pauperes uberes redditus, ne religionis propagatio humane potentie tribueretur, neve Gentiles eximiantur Apostolorum fidem prædicare intuitu bonorum temporalium. Postquam tamen fides plantata est, & eius veritatis, circumque apostolorum sinceritas comprobata, valde conveniens fuit ut præcipui Ecclesie ministri aliquam habere maiestatem, & consequenter aliquam bonorum temporalium assiduitatem, eo quod homines sensibilibus affluenti facile contemunt, et parum reverentur eos qui humana potentia seu auctoritate carent. Non-ergo ob divinam, qua donati sunt sacri Pastores, auctoritatem, sed ob humanam potentiam, ob divitiarum affluentiam, ob splendidi apparatum venerandam, & suspicienti populi sunt? Hæc sunt ignota, atque inflammata eloquia, quibus ad præta, atque inflammata eloquia, Apostolorum, & Sanctorum vestigia Clerici exierunt? Non ergo quibus partum imperium est mediis, & tabulis, iidem quoque amplificat, conservatque? Ipsorum Gentilium animos ad pietatem, ad Dei cultum, ad crucem ipsam, ad studendum pro Christo sanguinem permovebat, animabat, urgebatque in Ecclesia primordialis Apostolorum paupertas: hæc vero læculo nostro contempnitionem, & desipientiam ingerit Christianis ipsis? Si valde convincens est ut nunc Clerici divitiis affluant, valde ne conveniens erit ne in præliis Sanctorum exempla imitentur Clerici? Veneror quæ nunc obtinet, disciplinam; sed opinioniones que eiusdem abusus, & corruptelas fovent, improbo, & detestor. Plura dissimulari, plura tolerari variis rationum momentis possunt, que non decet scriptis publicis evbi. Et tamen postrema, que recentissimæ opinionum, nimium (nisi me amor fallit) laxæ, tanto plausa a non paucis excipiuntur, ut si vocem pro merito exaltarem, stultique armarem contra eandem, continuo Rigorista, Turiocista, Fanaticus audirem. Verum his missis, illud christiane Lector collegis serio velim, quam periculose alex sit vel latum unquam ab antiquorum doctrina recessus. Quandoquidem sicuti prima disciplina violato ad aliam, & hæc ad aliam impellit; ita prima antiquæ doctrinæ lenior interpretatio ad aliam benigniorem, & hæc ad laxiorem, & tandem ad extrema



corruptelaram ceteri gradu induci, & detru-  
dit, ut reipsa in hac, sicut in ceteris, casu  
accidit. Collige quam caute, quam circum-  
pecte, & religiose ponderanda sunt ea que de  
morum integritate publicis typis consignan-  
tur. Serio perpende plura re concedi posse  
que scriptis publicis vulgari, & exaltari non  
expedit. Finem disputationi imponamus pru-  
dentissimis, ac saluberrimis consiliis Sapien-  
tissimi Pontificis BENEDICTI XIV. qui  
pag. 239. te admonet, doctrinam que iusti-  
tie vinculo obstringit Clericos ad eroganda  
superflua, esse sententiam quam inuicem  
Theologi laudabiliter propugnant, & tutiore

esse, atque in PRAXI CONSULENDAM.  
Et tandem pag. 240. concludit, Urgenti E-  
piscopi, & iudicent suis Clericis ex ecclesia  
stipendiis vicitantibus græuam obligationem  
quam habent, elargiendi pauperibus, alioquin  
stipendia applicant, sibi reuocantes ecclesi-  
asticos redactos. Sed adhuc latentem huius obli-  
gationis originem non investigat. Ut enim  
aiebat Cardinalis Bellarminus in epistola ad  
Theanensem Episcopum nepotem suum cont.  
8. & aliam, parum refert determinare unde  
illud proveniat gravis obligationis vinculum  
quo ceteroquin omnes Beneficiarios obstringi  
INDUBITANTER scimus.

## DISSERTATIO VII.

D E

CORRECTIONE FRATERNA.

Disputationem de elemosyna, que est divinæ caritatis exterior fructus, qui corpora-  
lis nuncupatur, quia corporum egestatibus suppetias affert, recte consequitur dispu-  
tatio de altero misericordie, seu caritatis exteriori effectu, qui spiritalis dicitur,  
quoniam animarum bona spectat, quatenus mala per fratrem correctionem removet. Distingunt  
aliqui correctionem a correptione. Istius distinctionis meminit ipse D. Thomas in  
IV. dist. XIX. quest. 11. art. 1. ad 6. *Correptio est fratris ad fratrem; correctio vero est Prælati  
ad subditum.* Alii in hoc sitam contendunt distinctionis vim, quod correctio effectum  
emendationis ferat; correptio vero animum tantum exprimat. Si grammaticalis spectetur  
significatus, correptio, & correctio sensa produnt diversa. Verum pro eodem a Theologis  
utuntur. De hac correctione difficiliores quaestiones in hac resoluemus disertatione.

### CAPUT I.

Quid & quæ duplex sit fraterna correctio, &  
utrum de eodem præceptum sit, & quæ il-  
lius obligatio, atque conditiones sint.

I. Correctio fraterna definitur a S. Tho-  
ma 2. 2. quest. XXXIII. art. 1. quod  
fit spiritalis elemosyna, a caritate diman-  
ans, qua quis secreta admonitione malum  
proximi, quatenus illi noxium est, remove-  
re studet. Unde etiam correctio fraterna est  
actus caritatis, quia per eam repellimus ma-  
lum fratris, scilicet peccatum, cuius remotio  
magis pertinet ad caritatem quam etiam re-  
motio exterioris damni. Correctio duplex. Al-  
tera fraterna, quam descripsi, altera iudicia-  
lis, que actus iustitie est, bonumque ius-  
titie spectat. Hæc ab eis solum prælati pot-

est qui publica potestate præditi sunt, ut  
egregie docet Angelicus loc. cit. Unde corre-  
ctio fraterna est actus caritatis.... Alia vero  
correctio est que adhibet remedium peccato de-  
linquentis, secundum quod est in malum alio-  
rum, & præcipue in nocentium communis  
boni; & talis correctio est actus iustitie, cuius  
est conservare rectitudinem iustitie vitis  
ad alterum. Advertas tamen velim, ita cor-  
rectionem fratrem esse actum caritatis, ut  
etiam, immo proximius, a misericordia  
dیمانet, quemadmodum docet Soto 2. re-  
gend. sec. memb. 11. quest. 1. Res est levio-  
ris momenti quam ut in eius diticultate im-  
moretur.

II. Præceptum fraternæ correctionis con-  
tinetur in illis verbis Math. XVIII. *Si autem  
peccaverit in te frater tuus, vade, & corripe  
eum inter te & ipsum solum.* Negavit ex-  
recentioribus quidam Auctor, in præfatis ver-

bis mandatum contineri, ut refert Azorius  
II. Part. Lib. XII. cap. XIV. Quæ opinio ab  
omnibus Theologis reicitur. Nec obest quod  
opponitur, nimirum dixisse Dominum: *Si  
peccaverit in te frater tuus, quasi de solo  
peccato in nos commissio locutus sit.* Quo-  
niam verborum sensus est: Si peccaverit fra-  
ter in te, hoc est coram te, vel te sciente.  
Qui enim in Deum peccat, & in nos: pec-  
cat; cum Christi membra simus, & illi, &  
servi. Porro qui in patrem peccat, in filium  
quoque delinquit.

III. In præfatis Christi Domini verbis præ-  
ceptum contineri, certum est penes omnes Theo-  
logos, Præceptum hoc in ipsa veteri lege pa-  
pulo suo Deus imposuit. Dicitur enim Ecclesi-  
astici cap. XVII. vers. 12. *Et mandavit illis, anti-  
cuique de proximo suo; & Levitici XIX. vers. 17.  
Non oderis fratrem tuum in corde tuo; sed pu-  
blice argue eum, ne habeas super illo peccatum.*  
Nullum igitur inter Catholicos super hæc re  
dissidium.

IV. Præceptum istud divinum est, quia a  
Deo latum; naturale est, utpote in illo na-  
tura principio insitum: *Quod tibi fieri vis,  
alteris feceris.*

V. Omnes tum fideles, tum infideles as-  
tringit. Ab eis quippe que sunt iuris natu-  
ræ, nemo liber evadit. Illius obligatio ge-  
nere suo gravis est, cuius transgressio absolute  
mortalem culpam inducit; nisi aut inadver-  
tentia, aut rei parvitas excuset. Obligat sem-  
per, sed non pro semper, quemadmodum cetera  
præcepta que affirmativa appellantur. Patet  
autem hoc præceptum affirmans esse.

VI. Plures requiruntur conditiones ut man-  
datum hoc reapse altringat. Eas recenset  
Angelicus 2. 2. quest. XXXIII. art. 2. *Consi-  
derandum est, quod sicut præcepta negativa  
legis prohibent actus peccatorum, ita præcepta  
affirmativa inducunt ad actus virtutum. Sed  
actus virtutum non quolibet modo fieri debent,  
sed observatis debitis circumstantiis, que re-  
quiruntur ad hoc ut sit actus virtuosus; ut  
scilicet fiat ubi debet, & quando debet, &  
secundum quod debet. Et quia dispositio eorum  
que sunt ad finem, attenditur secundum ratio-  
nem finis, in istis circumstantiis virtuosus actus  
præcipue attendenda est ratio finis, qui est bo-  
num virtutis.... Correctio autem fraterna or-  
dinatur ad fratris emendationem. Et ideo hoc  
modo cadit sub præcepto, secundum quod est  
necessaria ad istum finem, non autem ita quod  
quibet loco, vel tempore frater delinquens  
corrigatur.*

VII. Conditiones istæ ad quatuor revo-  
cantur. Theol. Tom. II.

carî possunt. Prima est gravis peccati nota.  
Secunda, ut spes habeatur emendationis.  
Tertia, ut sit perlocus, & temporis opportu-  
nitas. Postrema, ut commode prælati va-  
leat. Singula explicanda sunt sequentibus que-  
sitionibus.

VIII. Quest. I. *Quæ notitia necessaria  
est ut præceptum urgeat?* Resp. Requiritur  
cognitio moraliter certa, nec fuisse dubia aut  
leviter probabilis: quoniam in iura proximo  
irrogatur, si leve suspitione crimen ipsi as-  
signatur. Opportune Ecclesiastici cap. XI. vers.  
7. *Præiurium interrogas, non cuspotes æquum  
quam; & cum interrogaveris, corripere iuste.*  
Quod tamen intelligas velim, nisi periculum  
gravis damni immineret, ut cum peccatum in  
malum proximi vergeret, effectus emendatio-  
nis spes: tunc enim sola probabilis dubitatio  
sufficeret ad delinquentis correctionem faciendam.  
Sententia communissima.

IX. Quest. II. *Quoniam peccata sunt fra-  
ternæ correctionis materia?* Resp. Sola pecca-  
ta mortalia sub gravi obligatione corrigenda  
sunt. Quoniam correctionis fraternæ finis est  
lucrum fratris. *Si te audierit, lucratus eris  
fratrem tuum.* Math. XVIII. Solum autem  
mortali crimine percutit fratres. Ergo morta-  
lis crimen est propria istius præcepti mate-  
ria. Contendit Dominicus Soto de secret.  
reg. memb. 11. quest. 11. eod. 2. etiam veni-  
entia corrigenda sub mortali esse, cum in  
periculum hominem conjicitur peccandi morta-  
liter: exempli causa, si quis ingreditur dis-  
spectam domum, aut familiaritatem cum mu-  
liculis confert; quod corrigendum præcepit  
Augustinus in Regula. *Si oculi postulationis  
in aliquo vestrum adopereris, statim  
admonete, ne male capta progrediantur.* Verum  
hæc plerumque mortalia, non venientia  
crimina sunt. Distinctione opus est, ut ve-  
ritas suo loco stet. Si venientia siapte natura  
viam aperit ad mortalia, cuiusmodi sunt  
quæ indicavimus; tunc præceptum urgere cor-  
rectionis exitum. Si venientia non præferat  
periculum prolabendi in mortalia, sed solum-  
modo in alta venientia; tunc præceptum non  
obligat saltem sub gravi. Si tamen hæc peccata  
venientia habitualia sint, que non levem mi-  
seriam homini ingerunt; præceptum obligare  
sub levi culpa. Si venientia sint ex fragilitate,  
nulla urget obligatio: etenim infinite propo-  
modum lucrum eiusmodi culpa, quæque nostram  
fugunt cognitionem; atque adeo præceptum  
correctionis locum habere in his non potest.  
Sententia communis.

X. Quest. III. *Superiores tenentur ne sub  
gravi*